

ut, undecunque legitime et canonice electum nobis successoribus nostris, quicumque illis temporibus loco nostro preesse contigerit, offerant confirmandum. Quodsi plerumque contingit, omnes in unam personam non consenserint, ad sopiendam discordiam illam abbas Hersfeldensis vocetur et assumptis religiosis deum timentibus viris electione assi-
 5 deant, discordantes ad concordiam revocare studeant et in bono pacis componant, ita ut per omnia secundum timorem dei et monastice professionis consequentiam abbas eligatur et confirmetur. Statuimus etiam, ut nulli de successoribus nostris neque nobis ipsis neque abbatibus loci illius liceat comminuere vel alienare sub nomine feudi vel cuiuscunque beneficii de mobilibus vel immobilibus eiusdem loci. Ad noticiam loci illius super bona
 10 Franconie, que per concambium quindecim talentorum in villa Golmethusen de manu Ludewici de Franckenstein absoluta cognoscitur, que villa eiusdem loci prius extiterat a nobis et a nostris successoribus pleno iure sibi concessa, abbates sepe dicti loci communi manu teneant sua eo tenore, ut ea in usus ecclesie sue reservent et neque abbates ecclesie nostre neque abbates loci illius eam quoquo modo alienandi habeant potestatem. Si quis
 15 hec infregerit, iram dei omnipotentis et perpetuam damnationem se incurrisse noverit. Super hanc expresse veritatis noticiam paginam presentem conscribi fecimus et, ut rata et inconvulsa semper manere possit et debeat, eam sigilli nostri impressione roboravimus. Testes. Waltherus abbas sepe taxati loci cum fratribus suis. Ecclesie nostre testes sunt hi. Dudo prepositus de domo. Eckhardus decanus. Suigerus prepositus in Memleben.
 20 Prepositus sancti Petri. Walderus camerarius. Conradus portarius. Bruno camerarius fratrum. Crafft. Lantgravii liberi homines. Fratres illi de Franckenstein, Sibotho, Ludewicus et Godowaldus. Megenhardus de Dornnberg. Vdescalcus de Widensenfdorff. Ludewicus comes de Warburg. Adelwertus filius Ludewici de Franckenstein. Rentwicus de Hoenberg. Burckhardus de Hoenberg. Ministeriales Fuldensis ecclesie. Gottfridus
 25 et Heroldus de Heringen. Henricus et frater eius de Arnolde et alii quam plures tam nostre quam Fuldensis ecclesie ministeriales. Ministeriales lantgravii. Regenhardus de Driffordia. Eckhardus de Guttern. Tudo de Rodenburgk. Guntherus dapifer. Henricus pincerna. Henricus marscalcus. Hermannus camerarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione
 30 decima, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Henrico semper augusto, anno imperii eius primo.

578.

Kaiser Heinrich VI. überläßt dem St. Marienstift zu Utrecht den Zoll zu Schmithausen. — Zeugen: Landgraf Hermann, sowie die Markgrafen Konrad und Albrecht. Koblenz, 1193 [Juni 14].

35 *Hdschr.: Liber pilosus (Saec. XV.) S. 153. Staatsarchiv Utrecht.
 Gedr.: Bondam, Charterboek der Hertogen van Gelderland 1,253. Stumpf 4819.
 Anm.: In der Tagesdatirung ist verschrieben iunii statt iulii.*

— — Huius rei testes sunt. Iohannes Trevirensis archiepiscopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Henricus Wormaciensis episcopus. Hermannus lantgravius
 40 Thuringie. Conradus marchio de Landesborch. Albertus marchio Misnensis. Gerardus